

LIBER PRIMVS

51

Sex iubeo cyathos fundere ꝛ Cæsar erit.
Hinc clarum satis est hæc de cyathis non de uncijs,
ut Caldarinus & Beroaldus sunt interpretati, debe-
re accipi. Hoc modo Budæus putat dictū quadran-
tem à Cornelio Celso de curatione quartanæ febris
Si quarto die cū horrore febris reuertitur uomere,
sicut ante præceptum est deinde post febrem modi-
cum cibi sumere, uini quadrātem. Triens quatuor
cyathi. Propertius libro tertio.
Cum fuerit multis exacta trientibus hora
Persius satyra tertia:
Sed tremor inter uina subit, calidumqꝫ trientem
Excudit è manibus. Martialis libro sexto.
Setinum dominæqꝫ niues, densiqꝫ trientes.
Quando ego uos medico non prohibēte bibam?
Quincunx quinqꝫ cyathi. Martialis libro secundo
ad librum suum.
Te conuiuia leget misto quincunce, sed ante
Incipiat positus quam tepuisse calix.
Semissem sic in usu esse nō legi, sed loco eius hemi-
nam uel sex cyathos, ut apud eundem Martialem,
cuius carmen paulo post subnectā. Septunx septē
cyathi. Martialis libro tertio in Zoilum.
Septunce multo deinde perditus stertit.
Bes octo cyathi. Martialis libro undecimo de Caio
Procuro.

g 2 Quinz